LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 37r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



hec tibi humanarum uirium modum uiderentur excedere: Quia
illa non tam uiribus q̄ ratione atq; artificio facta esse nescires: Q̄ si ho
in quo nihil pfectum est: tamen plus efficit ratione: q̄ uires eius exi
gue patiuntur: quid est cur incredibile tibi esse uideatur: cum mun
dus dicitur factus a deo: in quo quia pfectus est: nec sapientia potest ha
bere terminum: nec fortitudo mensuram. opa ipsius uidentur oculis.
Quō aūt illa fecerit: ne mente quidem uidentur: Quia ut hermes
ait mortale īmortali. temporale ppetuo. corruptibile incorrupto. ppiq̄re
non potest: idest propius accedere & intelligentia subsequi: & ideo terrenū
adhuc animal rerum celestium pspectionem non capit. Quia corpe
quasi custodia septum tenetur: quo minus soluto ac libero sensu cer
nat omnia: Sciat igitur q̄ inepte faciat: qui res inenarrabiles q̄rit. Hoc
est. n. modum conditionis sue transgredi. nec intelligere quousq; homī
liceat accedere: Deniq; cum aperiret homini veritatem deus: ea so
la scire nos voluit: que interfuit hominem scire ad uitam consequendā:
Que uero ad curiosam & prophanam cupiditatem ptinebant: reti
cuit: ut archana essent: Quid ergo queris: que nec potes scire. nec si
scias beatior fias: Perfecta est in homine sapientia: si & deum esse unū
& ab ipso facta esse uniūsa cognoscat:-

Nunc quoniam refutauimus eos: qui de mūdo & factore
eius deo aliter sentiunt: q̄ veritas habet: ad diuinam mundi
fabricam reuertamur: de qua in archanis religionis sancte
lris traditur: fecit igitur deus pmum oīm celum: & in sublime sus
pendēt: quod esset sedes ipsius dei conditoris: Deinde terram fundauit:
ac subdidit celo: quam homo cum ceteris animalium generibus inco
lerē: Eam voluit humore circūfluī & contineri: Suum vero hitacu
lum distinxit claris luminibus & impleuit sole scilicet. luneq; orbe
fulgenti & astrorum micantium splendentibus signis adornauit: Te
nebras autem: quod est his contrarium: constituit in terra: Nihil. n.
pse continet luminis: nisi accipiat e celo: in quo posuit lucem pennē.
& supos & uitam ppetuam & contra in terra tenebras & inferos & mor
tem: Tantum n. hec ab illis supioribus distant: q̄tum mala bonis: &
uicia uirtutibus: Ipsius quoq; terre binas partes contrarias interseq;
diuisas constituit: Orientem scilicet occidentem: ex quibus oriens
deo accensetur: Quia ipse luminis fons & illustrator est rerum: &
quod oriri nos faciat ad uitam sempiternam: Occidens autem cōtur
bate illi praueq; menti ascribitur: quod lumen abscondat: quod tene